

ram et saal et veda et hebal et abimabel saba
 et iophir et eiula et ioab. **D**es isti filij iectan.
 Et facta est habitatio eorum in terra mesopotamiae usque
 sepbar in orientem. Isti sunt filij sem secundum
 cognationes et linguas et regiones in gentibus suis.
 De familie noe iuxta populos et nationes suas.
Abhis diuise sunt gentes in terra post diluuium.
Erat autem terra labij vni et hmo. **XI.**
Enu eorum est. Cumque proficiscerentur in orientem
 inuenit caput in terra sennaar: et habitauit
 ibi. **D**ixitque alter ad proximum suum. **V**e-
 nite faciamus lateres: et coquamus eos igni. **H**abue-
 runtque lateres pro saxis: et bitumen pro cemento: et di-
 xerunt. **V**enite faciamus nobis ciuitatem et turres
 cuius culmen pertingat usque ad celum: et celebremus
 nomen nostrum: neque diuidamur in vniuersas terras.
Descendit autem dominus ut videret ciuitatem et turrem
 quam edificabant filij adam: et dixit. **E**cce vnus est
 populus: et vnus est labium omnium. **R**euertere
 nec desistent a cogitationibus suis donec
 eas opere compleant. **V**enite igitur descendam et
 confundam ibi linguam eorum: ut non audiat vnusquisque
 vocem proximi sui. **A**tque ita diuisit eos dominus
 ex illo loco in vniuersas terras: et cessauerunt edifi-
 care ciuitatem. **E**t ideo vocatum est nomen loci
 illius babel: quia ibi confusum est labium vniuersae
 terrae. **E**t inde dispersit eos dominus super faciem
 cunctarum regionum. **D**e sunt generationes sem.
Sem erat centum annorum quando genuit arphaxat
 biennio post diluuium. **V**ixitque sem postquam
 genuit arphaxat quadraginta annis: et genuit
 filios et filias. **P**orro arphaxat vixit triginta
 annis: et genuit sale. **V**ixit arphaxatque
 postquam genuit sale tredecim tribus annis: et
 genuit filios et filias. **S**ale quoque vi-
 xit triginta annis: et genuit heber. **V**ixitque
 sale postquam genuit heber quadraginta tribus
 annis: et genuit filios et filias. **V**ixit autem
 heber triginta quatuor annis: et genuit phalech.
Et vixit heber postquam genuit phalech
 quadraginta tribus annis: et genuit filios et
 filias. **V**ixit quoque phalech triginta
 annis: et genuit reu. **V**ixitque phalech
 postquam genuit reu ducem novem annis: et
 genuit filios et filias. **V**ixit autem reu
 triginta annis: et genuit saruch. **V**ixitque
 reu postquam genuit saruch ducem septem
 annis: et genuit filios et filias. **V**ixit autem
 saruch triginta annis: et genuit nachor.
Vixitque saruch postquam genuit nachor
 ducem annis: et genuit filios et filias. **V**ixit
 autem nachor viginti novem annis: et genuit
 thare. **V**ixitque nachor postquam genuit
 thare centum decem et novem annis: et
 genuit filios et filias. **V**ixitque thare
 septuaginta annis: et genuit abram et nachor
 et aram. **D**e sunt autem generationes thare.
Thare genuit

abram nachor et aram. **P**orro aram genuit loth.
Mortuusque est aram ante thare patrem suum in terra
 nativitate sue: in terra chaldeorum. **D**uxerunt autem
 abram et nachor uxores. **N**omen uxoris abram sa-
 rai. **E**t nomen uxoris nachor melcha filia aram
 patris melche et patris iesche. **E**rat autem sarai steri-
 lis: nec habebat filios. **T**ulit itaque thare abram
 filium suum: et loth filium aram filium filij sui: et sarai
 uxorem suam uxorem abram filij sui: et eduxit eos de
 terra chaldeorum ut irent in terram chanaan. **V**ene-
 runtque usque aram et habitauit ibi. **E**t facti sunt dies
 thare ducem quadraginta annorum: et mortuus est in
 aram. **XII.**

Dixit autem dominus ad abram: **E**gredere de ter-
 ra tua et de cognatione tua et de domo
 patris tui: et veni in terram quam iuravi
 ero tibi. **F**aciamque te in gentem magnam et benedicam
 tibi: et magnificabo nomen tuum: erisque benedictus.
Benedicam benedictibus tibi: et maledicam maledi-
 centibus tibi: atque in te benedicent vniuersae cogna-
 tiones terrae. **E**gressus est itaque abram sicut
 precepit ei dominus: et iuit cum eo loth. **S**ep-
 tuaginta annorum erat abram cum egredere de aram.
Tulit sarai uxorem suam: et loth filium fratris sui:
 vniuersamque substantiam quam possiderat: et alias
 quas fecerat in aram: et egressi sunt ut irent
 in terram chanaan. **C**umque venissent in eam:
 pertinuit abram in terra usque ad locum
 sicchem: et usque ad vallum illustrum. **C**hananeus
 autem tunc erat in terra. **A**pparuit autem dominus
 abram: et dixit ei: **S**emi tuo dabo terram hanc.
Qui edificauit ibi altare domino: quod apparuerat ei: et
 iuocauit ibi nomen eius. **E**t inde transgrediens ad
 montem qui erat in orientem bethel: tetendit ibi
 tabernaculum suum ab occidentem bethel: et ab
 orientem hai. **E**dificauit quoque ibi altare domino:
 et iuocauit nomen eius. **D**erexitque abram
 vadens et ultra: pertransiens ad meridiem.
Facta est autem fames in terra. **D**escendit
 quoque abram in egyptum: ut peregrinaretur
 ibi. **P**renauerat enim fames in terra. **C**um
 prope esset ut egredere egyptum: dixit sarai
 uxori suae: **N**oni quod pulchra sis mulier: et cum
 viderint te egypti: dicturi sunt: uxor illius est:
 et interficiet me: et te reseruabunt. **D**ic ergo
 obsecro te: quod soror mea sis: ut bene sit mihi
 propter te: et viuata anima mea ob gratiam tuam.
Cumque ita ingressus esset abram egyptum:
 viderunt egyptii mulierem quod esset pulchra
 nimis. **E**t nunciauerunt principibus pharaonis:
 et laudauerunt eam apud illum. **E**t ablata
 est mulier in domum pharaonis: abram vero bene
 vixit propter illam. **F**ueruntque ei oves et boues
 et asini et asinae et camelus. **F**lagellauit autem
 dominus pharaonem plaga maximis: et domum
 eius propter sarai uxorem abram. **V**ocauitque